



**Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

V. Quomodo ejus Officium & Potestas finiatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)

quod agit, nullum habuit mandatum. Vel aliquid agit aut omittit circa actum aut negotium, mandato comprehensum, vg. ad item in iudicio prosequendam constitutus, ad præfixum terminum pemptorium non comparat: vel non opponit exceptionem domino competentem: aut, cum dilatoriam deberet, pemptoriam opponit; aut labi sinit fatalia, Jure concessa ad appellandum? Et

68. procuratoris negligentiam vel culpam, si ipse solvendo sit, domino præjudicare, ex l. cit. & l. 1. §. fin. ff. Quando appell. desumi & ratio reddi solet; quod æquitas dicit, procuratoris negligentiam potius imputari Domino, qui ad item prosequendam eum liberè elegit, l. Causa mandato 22. in fine ff. de Minoribus, quam colliganti: qui domini, sive adversarii sui mandatum secutus, cum procuratore ab eo sibi opposito item bona fide contestatus est & prosecutus, Gaill. Lib. 1. observat. 45. à n. 1.

Dixi, si sit solvendo; quia, si procurator non esset: & propterea damnū & interesse ab eo, per viam actionis mandati consequi dominus non valeret, recurrere posset ad beneficium in integrum restitutionis: quam, ei hoc casu contra adversarium petenti, vi generalis clausulae, Si qua alia mihi iusta causa videbitur, l. 1. in fine ff. Ex quibus caus. major. non denegandam, idem n. 6. docet cum Panormit. in c. 1. Ut lite non conteſt. n. 16. & Felino ibid. n. 6. insuper excipientes casum facti, continentis delictum & obnoxii penæ: quod à procuratore commissum, saltem si magnum præjudicium afferat; domino nec mandanti nec scienti nec ratum habenti, non obesse, volunt Bartol. in l. 1. §. 2. ff. Si quis alteri vel sibi eitt. Panormit. n. 23. & Felin. n. 8. & 12.

#### ARTICULUS V.

### Quomodo ejus Officium & Potestas finiantur

#### SUMMARIUM.

69. Finitur I. mutuo consensu
70. II. Revocatione,
71. Aliquando non intimata prætori ad negotia.
72. Ad item datus, re integrâ, libet;
73. Ex iusta causa, ea non integrâ vocatur.
74. III. Exoneracione;
75. IV. Inflantiâ finitâ.
76. V. Morte Domini re integrâ;
77. Quod causa aliquando perficiat;
78. Aliquando, re non integrâ, finitur.
79. VI. Morte procuratori;

**V**Ariis modis hoc evenire solet. Primo, juxta Reg. Omnia res per quatuor causas nasciuntur, per eadem dissoluntur, eaque conponant l. Nihil 35. ff. de R. I. ejus officium & potestas finiuntur mutuo consensu ipsius Procuratoris & Domini, sicut eis sunt constituta, l. Mutari 24. ff. hic.

Secundo, domini constituentis revocatione. Et quidem, cum ad negotium datus procurator est, saltem ipsi intimata, l. Si mandatum 15. ff. Mandari; vel damno assicurari ipse procurator, qui contrahendit cum altero contrahit obligationem, l. 1. C. de Sent. & interclus. Imò, si constitutus sit ad contrahendum cum certa persona, in cuius præjudicium vel damnum cedere revocatio potest, ordinariè necessarium esse videtur, ut ita etiam ejusmodi persona innotescat; & lioquin cum ista gesta valida erunt, P. norma.

normit. in c. Ex parte 33. de Rescripto  
n. 10. & ibi Felinus n. 22.

71. Excipienda tamen sunt gesta à procuratore, constituto imprimis ad contrahendum matrimonium: quod, si revocatio contractum praecedat, propter defensum consensū irritum est, quantumvis illa neque procuratori neque personæ, quacum matrimonium contractum est, fuerit intimata. Et V. fin. in 6. Deinde, ad acceptandum beneficium Ecclesiasticum: cuius, etiam mandati revocatione nondum intimata, facta acceptatio, à Feliño in c. cit. n. 11. pro invalida habetur; cum, quod inter beneficium & e-  
ius Ecclesiam intercedat quoddam, et si minus perfectum, conjugium spirituale, ad sui valorem consensum exigens instar carnalis. C. inter 21. de Elect. tum verò; quod hujusmodi revocatione & ignorantie procurator non lèdatur: quoties autem revocationis ignorantia mandatario seu procuratori dāminum & præjudicium non affert, mandati etiam non intimata revocationem tenere. Regulae instar tradatur à Bartolo & Dyno in l. Si Pater 14. ff. de Manumiss. Vind. Laiman in c. Ex parte cit. n. 7. Hactenus de dato ad negotia.

72. Ad item in judicio prosequendam constituti Procuratoris potestas, quomodo revocatione cesset, explicandum est auxiliò distinctionis, prodita à Bonifacio VIII. c. Quamvis 2. in 6. Velenim, quod lis cum adversario contestata nondum sit, res adhuc integra est, aut fecis propter illius contestationem jam factam? Si prius, procuratorem (in rem suam non datum) etiam invitum revocate dominus liberè potest, c. cit. & l. Ante item 16. ff. hic. Ratio est: quia, cum ante litis contestationem circa causam controversam jus procuratori quæsumum Jure non sit, mandati in eum directi revocatione

ipſi non præjudicatur: ubi autem alteri non præjudicatur, consilium, quod de re sua init, mutare cuivis est permisum, arg. l. In re mandata 21. C. Mandati, & à contrario, c. Mutare, juncta Glossa fin. de R. f. in 6. Si posterius, procurator invitus, & probabiliter etiam volens, in vitò adversarii revocari sine iusta & rationabili causa, istiusque prævia cognitione ac probatione, à domino non potest, arg. c. Mutare cit. Panormit. in c. Non iustit. 14. n. 4. & alii DD. ac Rotæ decisi allegatis, Barboſa in c. Quamvis cit. num. 6.

Iusta autem ac rationabiles revocationis cauſe sunt, procuratoris actas minus apta negotiis, adversa valetudo, occupationes & alia impedimenta: quibus eum dominus ita distrahi animadvertisit, ut liti suæ utiliter prosequenda par non sit: inimicitia cum domino, aut affinitas vel alia necessitate cum adversario contracta; ut probabilis suspicio sit collusionis, eumque suis minus, aut adversarii rebus magis, quam oportet, affectum ac utiliter fore, l. Post item cit. Sc. Imò etiam, si post item contestatam revocatus procurator absque legitima causa se opponat, & operam suam ingerat invito, l. Quæ omnia 25. V. Sed s. f. hic. Quare procurator revocatus petere solùm potest, ut pro suæ existimationis indemnitate & conservatione de causa cognoscatur: &, si nullâ suâ culpâ revocatur, praeter sumptus, quos fecit, salarium sibi præstetur, Bartol. in l. Post item cit. n. 2. Laiman in c. cit. n. 2. & Pirrhing ad hanc Rubric. n. 89.

Tertiò, idem officium & potestas finitur exoneratione ipsius procuratoris, renuntiantis mandato; licet enim hoc ab initio voluntatis, postea necessitatibus sit, ex iusta tamen causa vg. ob supervenientes inimicitias, dissipationem, valetudinem, pro-

ff ff f 3 nem, pro-

nem, professionem aliisque necessarias occupationes, & procurationis ritè ob-  
undæ impedimenta, eò se exonerare per-  
mittit. *I. Filius familiæ 8. §. fin. Sc. ff.  
bīc, Gaill. Lib. i. observat. 46. à n. i. &  
Bruneman in l. cit. Sc.*

**75.** Quartū, finitā instantiā, hoc est, latā  
sententia definitivā; quia appellationem,  
etsi ad impediendum illius transitum in  
rem judicatam interponere debeat, pro-  
sequi invitus non tenetur; ne ultra ne-  
gotium, quod in se suscepit, gravetur;  
quia judicium, quod in se suscepit, per  
sententiam est finitum, Vallenf. bīc §. 7.  
num. 3.

**76.** Quintū, morte domini, re adhuc  
integrā, *I. Mandatum 15. C. Mandati:* qua-  
lis ante est, & per litis contestationem  
vel mandati negotii inchoationem, istiūtus  
que præparatoria aliqua jam facta, definit  
est, *I. Si defunctus 15. ff. l. Nulla 23. C.  
bīc, Glossa fin. in l. Mandatum cit.* Ubi  
tamen

**77.** Duo casus sunt excipiendi. Unus,  
quō officium procuratoris, dominō ante  
litis contestationem mortuō, non finitur:  
quod accidit, cùm iste pro procuratore  
suo præsente in aut extra judicium præ-  
stitit satisfactionem, sive cautionem de ju-  
dicato solvendo, *I. Si defunctus cit. pr. &  
§. Si verò 4. Instr. de Satudat.* quia tali  
casu res non amplius censetur integrā; ac  
proinde procurator ad judicium accipien-  
dū compelli potest, Gaill. Lib. i. obser-  
vat. 74. n. 10. & cū ipso Bruneman. in l.

**78.** *Si defunctus cit. n. i.* Alter, quē cōdem,  
re etiam non amplius integrā, mortuō,  
procuratoris officium expirat: quod sit,  
cùm iste pro Ecclesiæ vel beneficii juribus  
tuendis aut persequendis constitutus est  
ab ejus Prælato vel beneficiario; illius e-  
nīm officium ac potestatem istorum mor-  
te expirare & revocari, decisum est Cle-  
ment. fin. Ratio id statuendi fuit par-

tim; ne tali procuratione perpetua in  
Ecclesiæ, proprio defensore carentis, dim-  
num vel præjudicium facile aliquid attra-  
retur, contra c. 1. c. fin. Ne sede vac. Sc. fin.  
de Suppl. negl. in 6. Glossa in Clement. cit.  
*V. Revocari & Vivianus in ejus Ratio,*  
partim verò; quod procurator in judicio  
agit nomine & potestate Prælati, tan-  
quam principalis eum confitentis, org.  
l. i. ff. bīc & propterea illius potestate per  
mortem, uti & per renuntiationem, &  
positionem & quomodoconque faciat  
Prælatura amissionem finitā, etiam abo  
constituti procuratoris potestatem expi-  
rare, fit necesse.

Neque obstat; quid mandanti princi-  
palis sive domini defuncti ex mandato  
erga procuratorem contracta obligatio  
transeat ad hæredes ejus successores. Car  
non etiam ad successorem in Prælatura di-  
gnitate, vel beneficio, que Prælato vel be-  
neficiari obitu non perirent, *c. Si gravior  
§. de Rescript. in 6.* Non, inquit, hoc  
obstat, partim; quia alia est ratio hære-  
dis, alia successoris in Prælatura vel be-  
neficio; cùm iste successionis jus non, ut  
hæres, à defuncto, sed à superiori ipsum  
instituente consequatur; & propterea una  
eadēmque persona cum defuncto non cen-  
seatur, ut in c. fin. de solv. cum Glossa  
fin. obseruat Panormit. n. i. partim verò;  
quia cōdō Prælato procurator agere  
nequit nomine ipsius Prælationis, cūm;  
quid ad hoc non si constitutus; cūm  
verò; quia cōdō ipso; quid Ecclesiæ vacan-  
tis rerum administratione de Jure compi-  
tat capitulo, *c. His qua n. & c. Cap. 10.  
lim 14. de Majorit.* procurations perpe-  
tuatione iustius juri & potestati deroga-  
retur, Vivianus l. cit. Nisi à Prælato &  
capitulo ad causas & negotia, utique  
quoad administrationem communica, et  
constitutus; tali enim casu & molè mag-  
gis, si procurator principaliter à capitu-  
lo capi-

Io cum consenu tamen Prælati constitutus fuisset, Prælatò mortuò, Procuratoris officium non expirare: sed Capitulari auctoritate adhuc sustineri, cum eis. Glossa notat Panormit. in Clementi. cit. n. 3. § 5.

Sextè demum, re etiam non am- 79.  
plus integrâ, procuratoris officium fini-  
tur ipsius morte, l. Si quis 27. §. 3. ff. de  
Judicis; quid electa censeatur indu-  
stria persona, Welenbec. in ff. bīc n. 11.



## TITULUS XXXIX.

### De Syndico.

#### S U M M A R I U M.

1. Syndici etymon & definitio :
2. Differentia à Procuratore & Actore.
3. Regulariter constituitur ab Universitate.
4. Ejus Officium publicum & honorificum :
5. Potestas eadem fere est, qua procuratoris generalis cum libera &c.
6. Et tisdem, quibus istius officium, licet non omnibus modis finitur.

89. &c. Cum vos 4. de Officio. Ord. Si verb ad ejus causas & lites in judicio prosequendas constituantur, Syndici nuncupantur, Rubric. bīc &c. Cū venissent. 2. de In integ. refit. Vallens. bīc n. 3. Unde Syndicus, licet Procurator & Actor etiam ipse vocetur, c. Quia 7. de Procurat. &c. l. §. 1. ibi, Actorem sive Syndicum ff. Quod cajusque universi & utriusque munere fungatur: ab utroque tam multum, & à procuratore quidem, propriè & secundum communem usum accepto, differt; quid iste à privatis, & in privatis causis: Syndicus autem ab universitate aliqua vel collegio, ad publicas & communes causas in judicio pertractandas constituitur; cùm enim Universitas & collegium ipsum nec convenire nec conveniri in judicio possit, l. Sicut 7. §. 2. ff. cādem Rubr. necessarium omnino est, ut constituantur Syndicis, qui causa repræsentet, ejusque causas in judicio prosequatur, Welenbec. in ff. cādem Rubr. n. 8. ab actore verò publico; quid iste specialiter ad unam tantum alteramve auctoritas quasdam causas: Syndicus autem generaliter ad omnes, præsentes & futuras, Universitatis causas constituitur, Hostiensis in Summa bīc n. 7. & 9.

Consti-

**S**yndicus, à Græca voce σύντοκος, causam, quæ in judicio agitur, sive judicium ipsum denotante sic dictus, est procurator Universitatis, sive aliquius, hominum in Civili vel Ecclesiastica societate viventium, Jure vel Consuetudine approbatæ communitatæ, ut sunt Civitates, Oppida, Ecclesiæ, Monasteria, Collegia studiorum, mercatorum, opificum: qui, si ad administranda hujusmodi communitatæ bona & negotia extra judicium ptractanda, Universitatum administratores, curatores Civitatum, Rubric. & text. ff. de Administr. rerum ad civit. & Ecclesiæ Oeconomi vocantur, can. Quia in quibudam 4. dist.